



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Decretum de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

& consilium ipsum in statu, in quo reperitur, prosequendo, cum in præteritis Sessionibus de septem Sacramentis nouæ legis in genere, & in specie de Baptismate, & Confirmatione definitum fuerit, statuit, & decernit de Sanctissime Eucharistiæ Sacramento, nec non, quæ ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem & commodiorem Prelatorum residetiam pertinet, agi & tractari debere; ac monet & hortatur omnes Patres, ut interim, Domini nostri, Iesu Christi, exemplo, quantum tamen humana fragilitas patietur, ieunijs, et orationibus vident, ut tandem placatus, qui in sæculis benedictus, Deus corda hominum ad veritatem fidei agnitionem, & sanctæ matris Ecclesie unitatem, ac rectè viuendi normam reducentur.

## SESSIO XIII.

QVAE EST TERTIA,  
SUBIVLIO III. PONT. MAX.  
CELEBRATA DIE IX.  
OCT. M. D. LI.

Decretum de sanctissimo Eucharistia  
Sacramento.

**S**Acro sancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem

Sanctæ

sanctæ Sedi Apostolice Legato, & Nuncijs,  
 & si in eum finem non absq; peculiari Spiritus  
 sancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt  
 veram, & antiquam de fide & Sacramentis  
 doctrinā exponeret, & vt heresibus omnibus,  
 & alijs grauiissimis incommodis, quibus Dei  
 Ecclesia miserè nunc exagitatur, & in multas  
 & varias partes scinditur, remedii afferret,  
 hoc præsertim iā inde à principio in votis ha-  
 buit, aut stirpitus cōuelleret zizania execrabi-  
 lium errorum & schismatū, quæ inimicus ho-  
 mo his nostris calamitosis temporibus in doctri-  
 na fidei, vsu & cultu sacrosanctæ Eucharistie  
 superseminauit; quā alioqui Seruator noster  
 in Ecclesia sua tanquam symbolum reliquie  
 ius unitatis, & caritatis, qua Christianos oēs  
 inter se coniunctos, & copulatos esse voluit. I-  
 taq; eadem sacrosancta Synodus sanam & fi-  
 ceram illam de venerabili hoc & diuino Eu-  
 charistie Sacramento doctrinam tradens, quā  
 semper Catholica Ecclesia ab ipso Iesu Christo,  
 Dom. nostro, & eius Apostolis erudita, atq; à  
 Spiritu sancto, illi d omniem veritatem indies  
 sugerente, edocta, retinuit, & ad finem usque  
 seculi conseruabit; omnibus Christifidelibus  
 interdicit, ne post hac de sanctissima Euchari-  
 stia aliter credere, docere aut prædicare au-  
 deant, quam ut est hoc præsenti decreto expli-  
 catum, atque definitum.

a Mat. 13.

b Luc. 12.

c. i. vers.

ego pro

te i. dist.

&amp; infra

Sef. 22.

cap. . &amp;

sup. Sef. 1.

Ioan. 16.

E

De